

177

1



192

111

LVCTVS ET AEFFECTVS
SINGVLARIS
SYMBOLA


IN
PRAEMATVRVM OBITVM
MAGNAE SPEI
IUVVENIS

DOMINI
GEORGII FRID.
VATERI,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE STVDIOSI
SOLERTISSIMI
SOLENNIVM EXEQVIARVM
DIE XIII. NOVEMBRIS ANNO SALVTIS MDCCXXVI
VITEMBERGAE
BENIVOLE COLLATA
A
PATRONIS PRAECEPTORIBVS
ET AMICI

VITEMBERGAE
LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINI

111



D superos felix secedit filius, et se
Amplius in terris, VIR TIBI MAGNE, negat;
Ne doleas virides Juuenis quod liquerit
annos,
In primo aetatis mane profectus abit;
Nam matutinas melior petit exitus horas
Atque sub Aurora dulcius instat iter.

Georg. Frid. Schroerer, D.

et h. t. Pro-Rect.

ΑΔΟΥΟΝ

Filius ante Patrem moritur: Quid, quaeſo, stu-
peſcis?
Hic eſt non hominis, ſed bonus ordo Dei.

Filii Patris, vere & veri Patris, obitum luget

Casparus Loefcherus, D.



Vam miſeror ſortemque tuam, mortemque Tuorum,
QVI PRIAMI faciem, moeſte VATERE, refers!
Non adeo dudum eſt, GNATAE cum fata doleres,
Et modo lugebas FRATRIS, AMICE, necem:
Nunc quoque PER-CHARVM rapuit mors pallida NATVM,
Unicus e multis vix mihi reſtat, ais.
Collige ſed vires, metamque impone dolori:
Jam PATER eſt triſtis; mox AVVS almus eris!

Sincere συλλυπέμ. dabat.

Gottlieb Wernsdorfius, D.

Non

Non moritur Natus, quamquam haec terrena
relinquat.

Difficilis peperit morbus ad astra gradum!
Si iuuenis moritur, iuuenis petit alta: Quid inde?
Quis quaeſo inuideat munera tanta DEI?

Praeclari Juuenis immaturum obitum ita contemplatus

Martinus Chladenius D.

Post Natae, fratris, post fratris funera Nati
Luget VATERVS, quam PATER ille
miser!

Fata, uiro tantos post luctus parcite, & annos
Et nati & natae reddite, fata, uiro.

MICH. HENR. GRIBNER,
D. P. P. Ord. J Ct. h. t. Decanus.

Saeua mihi saeua cum Parca bella uideris
Ducere, Leucoridis, DOCTE GALENE, meae.
Tu rapis & multos isti, quos cymba Charontis
Jam tenuit, charos eripit ista Tibi.
Mox Fratrem Natae, Natum nunc addidit illis,
Credoque, si posset, funera plura daret.
At satis esse datum uindictae, saeua, uidetur,
Sit pax, ut reliquis parcere, Parca, queas.

Iohann Balthasar Wernher, D.

Ghats bisher bey uns der Wechsel so gehalten!
Das gar bald Freud und Leid einander abgelöst!
Gott woll' nur über Euch mit Trost und Güthe
walten:
Ich leb' bey G. L. su wohl/ von aller Noth erlöst.
Gottfried Sbebus / D.

Sil vultus facies diuturnae nuncia vitae
Credita, hic iuuenis cur modo fata subit?
Scilicet humana nil forte fugacius vnquam:
Cum senibus iuuenes trux Libitina rapit.

GEBH. CHRIST. BASTINELLER, D.

Das offerst die Natur nicht richt'ge Ordnung hält/
Zeigt die Erfahrung hier zum Exempel an.
Drum wer sich seinen Tod auf ferne Jahre stellt/
Bedencke / daß Ihn leicht die Rechnung fehlen kan.

Bev Erwegung dieses frühzeitigen Todes
schrieb dieses

D. S. B. M. P. P.

Ille diu vixit, bene qui vivendo perenne
A fera nomen posteritate refert.
Vita fuit brevis, ast virtus tua longior exit,
Vtque diu vivas, praecoce morte cadis.

IO. GOTHOF. BERGERVS, D.

Damnosa quid non prouis atropos?
Raptus repentina nece, succubat,
Lustro quater vix functus, urbis
Leucoris, Eusebiquesque alumnus.
Deo uacabat dedita mens, bonis
Et literis. O! quanta scientia
Artis salutaris tenacem
Finxerat ingenii uigorem.
Sed non redit iam sanguis imagini,
Necfas. Repostus fiderea domo,
Canit Deum, terrena ridet,
Atque, malis uacuus, triumphat.

Ultimum honoris officium Dico persoluit

A. BRENDELIVS, D.

Mortales geniti, mortales gignimus omnes:
Vivere quid nostrum? nocte dieque mori.

Lug. deprop.

ERNESTVS CHRISTIANVS Schrödter/
P. P. & h. t. Ord. Philof. DECANVS.

Cymba

Cymba velut dubiis iactatur saepe procellis
Dum semel incepit pandere vela Noto:
Sic homines variis iactantur turbine semper,
Et discunt ventos, naufragiumque, pati.
Felix! qui superas placide proventus ad arces,
Cum turma angelica carmina laeta canit.

Paucis his Moeftissimorum Parentum animos, iterata prolis carissimae iactura plurimum percussos, solari voluit

IO. CHRISTOPH. Wichmannshausen
LL. OO. Prof. Publ.

Tristitia dum luges florentis funera Nati,
Dura pii doleo fata gemoque Patris.

Fortunam Celeberrimi Viri, praecleara Filii optimi
spe orbat, miseror

JO. GUILIELMUS BERGERUS, P. P.

Omnes subimus non revocabile
Fatum. quid ergo? serius, ocyus,
Vt quemque ducit, vel negantem
Attrahit imperiosus ordo.

Mutare quod non possumus, hoc onus

Quidni feramus pectore masculino?

Qui fauciauit vos Iehoua

Sanet is omnipotens Parentes.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, P. P.

Non juvenem doleo VATERVM morte peremptum:

Mors etenim praeceps, quando beata, iuvat.

Spem potius doleo magnam, quam fecerat una

Tam praematura morte perire simul.

Spem tam praesentem virtutis & artis avitae,

Quam Divus nobis fecerat atque suis.

Sed quid commemoro mortem, quid morte cadentem

Spem? quae per mortem hanc exsuperata fuit:

Factus enim est Divus supra spem doctior omnem

Et melior nobis omnibus, idque cito.

HENR. Mausingi Theol. D.

eiusdemque Prof. P. Ext. Math. Ord.

Filius & moritur, matura morte peremptus,
Filia cum nondum est mortua fleta latis?

B

Eheu!

Eheu! quam subito miscet mors funere cuncta!
Ergo Iuuentutis spes quoque casta cadit!

Sic geminum optimae Familiae luctum, brevi interiecto
tempore secutum, dolet

MARTINVS HASEN,

Moral. ac Civil. P. P.

HEu immatura spem perdis morte futuram,
Quam sibi finxerunt Patria, Hygea, Parens.
Dignus eras, ageres qui tempora longa senectæ;
Noluit aut Dominus, qui dedit atque vocat.

MART. GOTTH. LOESCHESVS, D.

Si quid in herbarum fucis, & in arte medendi,
Quod mortis posset frangere tela, foret:
Non PATER ante diem lugeret funera gnati,
Poeonia morbos pelleret doctus ope.
Sed quæ falce pari sternit iuuenesque uirosque,
Eludit medicastrux Libitina manus.
Interea uitæ qui iura necisque gubernat,
Ipsam per mortem ad non moritura uocat.

Excellentissimi Medici, optimæ spei filio orbat, uicem dolens, su-
premi honoris, obseruantiaque, causa scri.

IO. GVIL. JANVS, Hist. P. P.

Cum mox uicta foret curarum turba, Parenti
Quam dederat Nati prospicienda salus:
Cum nil restaret, quam pulchros carpere fructus,
Indolis & studii spes simul ampla cadit.
Non cecidit, melius sed surgit, Rector Olympi
Nam Nati curam nunc agit ipse sui.
Hunc cumulat multum studiis, hunc ornat honore,
Dicere quis posset, spem cecidisse Tuam?
Hic Patri clemens uires addicat & annos,
Quos Nato Parcae fustulit atra manus.

συνεπιμένους δεδιε

FRIDERICVS STRVNZIVS, P. P. P.

Non

Non Tua me matura motiet mors, Diue **VATERI**,
Quae Te vix iuuenum perfidiosa rapit.
Sed lacrymae, fletus, sed tristia fata Parentum
Attonitum feriunt pectus ubique meum.
Hinc elegos promo, uere miserabile carmen,
Quod iusti indicium triste doloris erit.

Moeftus f.

IOAN. FRIDER. VVEIDLERVS,

Mathem. Inf. Prof. Publ.

Ipsum te cura, Medice, inquit Momus! At omni
Est artis Rector fortior arte, Deus.
Hic medicas herbis infudit numine vires,
Et foet; Hic quantum datque, negatque, valent.
Christiadum est, summam venerari pectore dextram,
Et medicas inter poscere Numen opes.
Cujus & arbitrio consistunt flamina Vitae;
Felix, qui vivit, qui moriturque DEO.
Nec potuit melius **VATERO** obtingere quicquam,
Quam iuvenem coeli scandere recta patris.
Namque triumphator miseri nunc scommata Momi
Ridet, &, in Christi Vulnere sospes, ovat!

Praematurum doctissimi atque ornatisimi juvenis
obitum lugens, scripsit

IOHANN CASPAR Caserung! D.

SS. Theol. Prof. Extraord. & ad D. Matiae
Archi-Diac.

Siccine Mors etiam iuvenes vocat atra sub umbras,
Et duris Saxis marmoribusque venit?
Siccine nec cautis medicina vel herba virescens
Auxilio Medicis amplius esse potest?
Nobis aeterni tamen haud reprehendere facta
Numinis, aut hominum more putare licet.

Doloris contestandi causa app.

M. B. HILDEBRAND, D.

Da wir den Seeligsten zu seinem Brabe tragen /
So wird mit solchem zwar viel Hoffnung eingesandt
Doch laß / betrübtet Haus / Dein allzugroßes klagen /
Weil Gott durch diesen Riß Dir nicht zu schaden denckt.
Er hat den liebsten Sohn aus Liebe hingenommen
Und macht, zu Deinen Trost / ihnerstlich recht vollkommen.

Hiob Schielmann / D.

Librica quam parvis spatiis describitur aetas,
Cernitur hic uno vitaque, morsque, gradu!
Jamque erat, ut magnos posset sperare Vaterus
Pro studiis fructus promeritumque decus:
Invida cum juvenem Pindo indignante sub umbras
Mors rapit, & damnum nos doluisse cupit.
Qui fuerat patriae magni spes magnaue Patris
Vivere non uno nomine dignus erat.

D. IO. GOTTHOFREDVS KRAVS.

E Statione tua subito, V A T E R E, vocaris,
Quis dubitet juvenem te placuisse Deo?

lugens adiecit

CHRISTIAN JACOB HEIL, D.

Quod nullum faciat discrimen pessima Parca,
Et quod mox juvenem, moxque senem rapiat;
Hoc sistit praefens exemplum, tristeque, *Clari*
Doctrina *juvenis*, qui subito cecidit.
Eius & hinc merito deplorant ardua fata
Omnes, atque uouent gaudia mille simul!

h. p. d. f.

CHRISTIANVS Hoffmann / Ph. & J. V. D.

Heu! subito periit magni spes maxima Patris,
Deutschmannique latus sanguine, tristis obit!
Non tamen interiit penitus, pars altera uiuit,
Et petiit patriam, coelica tecta, suam.

CHRISTIANVS LEMCKE, D.

Heu

Heu quibus attonitis mens fluctuat anxia curis,

Vt solet in refluxo quassa carina salo!

Mens non unius: matrisque, patrisque, nec uno

Nomine quos simili uortice fata rotant.

Horrifonus coelum si tunc rugitibus implet

Terribilis leo, cum rapta propago fuit:

Quidni diffuso contundere sidera planctu

His liceat, natum queis fera Parca rapit?

Sit remet infausto nudus cum fulmine ramus

Vritur, ex tota pendula stirpe manus:

Cur non conjunctos subito tremor occupet artus,

Gentis cum clarae pars adamata perit?

Praegrauat & lassum pectus, saevusque tumescit

Luctus, quod generis flos cadit ipse sui!

Non tulit adsummus fructus, quos tempora ueris

Ostendere suis sub bene blanda comis.

Ite per os lacrumae, faeuite in pectora palmae,

Singultus patulis infimul ite uiis.

Iustior haut potuit gemebundi causa doloris

Nasci, quam partem uiuere, parte mori.

Sed modus in rebus, **MOESTI**, concludite rivos,

Quasque pluit nubes, ipsa resumat aquas.

Iam fatis est, luctu funus planxisse, quod alter

Mox perget nobis plangere: Jam fatis est.

IOH. GODOFR. HARTVNGIVS, D.

So fällt bestürztes Haupt / die Hoffnung in das Grab

Da Dich ein Trauer Fall / nur allzufrüh / betroffen?

Hält ein so schöner Zweig und solche Blume ab;

Was soll man also wohl von dürren Bäumen hoffen?

Beweis / der Seeligste ward Dir zufrüh entnommen;

Wie aber kan man auch zufrüh in Himmel kommen?

Schrieb es denen hochbetrübten zum schuldigen Beyleid

Johann Christian Ortel / D.

Protinus ad superos tua fers vestigia vultus,

Alite qui dextro fata repente subis.

Contractae nobis minime sint nubila frontis

Hinc, in laetitiam pectora nostra trahant.

C

Quos-

Quosque parentes jam video moerore sepultos,
Soluere jam multo Nectare corda queunt :
Flabit enim , soboles postquam, quae ferrea, misit
Cara tori, velis aura secunda suis.

Oblervantiae testanda & leniendi doloris causa
deproperabat.

JOH. GEORG. CONRADI, D.

Cur. Provinci & Consist. Eccles. Adv. Ordin.

ECce, brevis Tibi vita fuit, Vatre Beate,
Ut mala sic etiam non diuturna forent.
Hinc nimium felix, Juvenis quia lumina claudis,
Sic prope cessant saeva pericla Soli.

JOH. ROETHING, D.

INstat hyems iterum, perierunt gramina campis,
Vbertas herbis, arboriusque comae;
Nunquam bruma tamen nobis invidit aristas,
Quas culta assiduo rura labore dabant.
Cur messem, VATERE, tuam mors occupat atrox?
Cur primum verem dira sequetur hyems?
Sed fallor. Namque hic glacies cum flumina texit,
Tunc reliquis laeto flore coruscat humus;
Sic alium potius nunc es translatus in orbem,
In quo perpetuo spicea ferta geris.
Tuque, ut prificus honos terris mox vere redibit,
Surges ex proprio pulvere rursus homo.

Vltimum magnae spei Iuveni honoris officium persolvit

IO. SAMVEL BERGERVS, D.

Madrigal.

Eh Die der Todt die fromme Zunge bandt/
So sprachst Du noch/ und drucktest mir die Hand!

Ich

Ich solte Dich zum Himmel hin begleiten:

Ach! dieses Wort vergess ich nicht!

Und hab es auch an meiner Seiten!

Nach Mäßigkeit ins Werk gericht:

Ich zeigte Dir den Weg, die Schrift!

Ich gab Dir auch die Zehrung auff die Reise!

Des HERN Leib und Blut.

Wohl also dem, wer auf dergleichen Weise

Dem Weg zum Himmel trifft.

Dem Hochbetribben Eltern zum kräftigen Troste schriebs
des seligst verstorbenen Weicht. Vater

M. Augustus Wolf / Prediger.

Gesegnetes Geschlecht / des Vaterlichen
Saamens

Beweine den Verlust mit allen Zug und Recht /

Ihr die ihr Freunde seyd / des werthgeschätzten
Nahmens!

Zeig wie Du traurig bist, gesegnetes Geschlecht.

Slender Wanderstab / den alle Menschen
lieben!

Und eilen stündlich hin zu dem bestimmten Grab!

Wie balde muß der Mensch in Erd und Asch zerstie-
ben!

Wie leicht zerknickstu nicht; Slender Wander-
Stab.

C 2

Halt

Halt Eure Thränen ein / es steht in einem Grade /
Der Mensch und Litelkeit / was wolt Ihr traurig
seyn?

Was sterblich heist / das geht aus diesem Todes Pfade /
Watt ist's / der Luch betrübt / halt Eure Thrä-
nen ein.

Beglückte Pilgrimschafft / wen so Elias Wagen /
Hienauff gen Himmel fährt / wem er solch Glück ver-
schafft /

Der darff nicht lange hier Verdruß und Weh' ertragen /
Und ruht in stiller Brust: Beglückte Pil-
grimschafft.

Aus herglichen Beylend / und Observantz auch zu tröstliche Auffrich-
tung des hochberrubten Vaterlichen Hauses setzte dieses

M. Johann Heinrich Weismann /
Diac.

PAllida pro! tristi juvenem mors funere merfit,
Manibus heu! cogor solvere justa piis.
Vivida non virtus, non seria vota Parentum,
Servarunt illum, non juvenile decus.
O nimium juvenem! vitæ si tempora spectes;
O nimium, genii si documenta, virum!
VATERVS dudum studiis transcendit Olympum,
In coelum restat tuta brevisque via.

lubens lugens apposuit


D. B. HARTZMANN, Acad. Actuar.



78 M 399

(x2258744)

10/17



LVCTVS ET AEFFECTVS
SINGVLARIS
SYMBOLA

IN
PRAEMATVRVM OBITVM
MAGNAE SPEI

JVVENIS
O M I N I

RGII FRID.

ATERI,

E ET MEDICINAE STUDIOSI
SOLERTISSIMI

IVM EXEQVIARVM

BRIS ANNO SALVTIS MDCCXVI

VITEMBERGAE

IVOLE COLLATA

A
S PRAECEPTORIBVS
ET AMICI

VITEMBERGAE

VGVSTI KOBERSTEINII

